

Evangelium Lucae 24.

DUO ex illis ibant eodem die
in Castellum, &c.

EXORDIUM.

Filius DEI inquit: *Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, in medio illorum sum.* Cujus promissionis insigne exemplum habemus in hodierno Evangelio: *Cum enim duo isti discipuli euntes in Emaus, invicem de Christo colloquerentur, associat se illis, & omnem scripturam, quae de ipso erat, interpretatur. Quapropter & nos à Christo, ipsius in hoc nostro cœtu praesentiâ freti, Spiritus S. auxilium petamus.*

Mat: 18.

NARRATIO.

HOdierni EVANGELII historiam præ multis alijs admodum magnificat vir ille DEI, divus Lutherus, Dicere enim solitus fuit, se malle huic colloquio, quod Christus habuit cum duobus discipulis euntibus in Emaus interfuisse, quam vidisse mirandam illam liberationem Israelitarum cum sicco pede mare rubrû pertransirent. Quapropter illam non parvi facientes, diligentiq; explicatione dignissimam aestimantes consideremus.

Exo: 14.

I. Iter